



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 134. Montgomerii Comitis supplicium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

tum præstolandi spatium nancisci stude- Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.  
deret, interea Condæus Princeps hu-  
cuse Argentinæ hærens Principes  
Protestantes, ut vires suas copiis suis  
jungerent, sollicitabat, ipse vero mili-  
tes undique conscribebat, quæ temeri-  
tas Reginam multum quidem turbabat,  
nequaquam tamen ejusmodi hæretico-  
rum ausus præpedire poterat,

§. CXXXIV.

*Montgomerii Comitis supplicium.*

Interea Regina, quæ Montgomerium Mem. pour  
servir à l'hi-  
Comitem promeritis pænis plecti de-  
siderabat, judicii acta in eum instrui stoire de Fr.  
jubet: unde tanquam læsæ Majestatis t. I. p. 39.  
Et 40.  
reus pronuntiata sententia capite dam- Thu. l. 58.  
natur: cum autem ad loci supplicium Avila l. 5.  
deduceretur, asserere audebat, quod  
ob sectæ suæ defensionem moreretur,  
nunquam autem suum Principem offen-  
sisset, ac nemini injuriam intulisset,  
sed jure belli captus contra fidem de  
vitæ venia datam morti adjudicaretur.  
Ceterum nec apud Simonem Vigorium  
Narbonensem Archiepiscopum vitæ  
suæ maculas eluere, neque crucem  
osculari, nec sacerdotem sibi assistentem  
auscultari voluit: quinimo referunt non-  
nulli, quod cuidam Fratri ex Ordine  
Minorum, qui illum fuisse deceptum  
ajebat, responderit; si deceptus fui,  
certe

**Sæcul. XVI.**A.C. 1574

certe a vestri Ordinis Fratribus errorem didici; ex vestro enim Ordine quidam primo tradidit mihi Gallica Biblia, ex quibus sectam, quam profiteor, hauſi, in ea autem hucusque vixi, & nunc per Dei gratiam mori desidero.

Cum autem jamjam in Parisiensi foro ferale pegma conscenderet, populum rogabat, ut pro eo preces fundere vellet: ipse vero alta voce recitabat fidei Symbolum, in cuius confessione se moriturum profitebatur, precibus autem suis Genevensium more persolutis die vigesima sexta Junii capite plexus periit, & feria secunda, seu die vigesima octava caput ejus in loco supplicii fuit palo affixum, inde tamen ad vesperam fuit sublatum, cum ita juberet Regina, quæ ejus supplicio interfuit: de cetero Comitis proles Nobilitatis gradu dejecti ad quamcunque dignitatem, munusque inhabiles declarabantur, omnibus eorum bonis ærario Regis adjudicatis,

### §. CXXXV.

#### *Injuriosus libellus contra Reginam Matrem.*

*Mereray p.  
300.  
Avila l. 6.* Ob hujus Comitis mortem Protestantes impotentibus furis adversus Reginam Caroli IX. Matrem debacabantur, eamque pluribus famosis libel-  
sis